


## EQUISETVM I.




**E**quisetum officinis, & herbarijs plerisque verbum Græcum reddentibus Cauda equina nominatur. Cuius tamen Dioscoridi duo tantum describantur genera, nos tamen quatuor hæcenus observauimus, quarum omnium hic expressimus imagines. Primum autem Caudam equi omnes serè appellant, quòd facie equorum caudas referat, unde & Græcè Hippuris dicta est. Proferi hæc, cum primùm è terra erumpit, quoddam tenerissimum germen, oblongum, iuglandium iulo non ab- simile. Hoc quod rura nostra vulgò vocant Palustralo, in cibumque assument, ieiunij quadragesimalis tempore. Etenim illud prius elixant, mox serina circumspargunt, & oleo in sartagine figunt, manduntque piscium vice. Ex quo cibo alius quandoque eorum adeò constringitur, & conspatur, vt in coli cruciatum facillè incurrant. Sunt qui primùm hoc Equiseti germen sicum assuerent per annum, quo subinde astate videntur ad dysenteriam. Primum quod aqua calida nocte maceratum eo modo decoquant, quo dictum est, & in cibum magno successu exhibent. Primumque Dioscoridis Equisetum elegantissimum eo modo decoquant, quo dictum est, & in cibum magno successu exhibent. Sed nescio qua postea ratione ductus

Equiseti cons-  
deratio.

Fuch. lapid.


## EQUISETVM II.



Equiseti vires  
ex Gal.


tione ductus, is in primo libro, in quem plantarum imagines sunt taxat depingi, & imprimi curavit, primi generis Equisetum pro Polygono famina aperto lapsu reddiderit. Expellitur Equisetum in febribus ad stannae usque dysergenda illustrandaque nec non etiam materiarum fabris, ut profertim qui torno opera sua conpiciunt. Siquidem huius herbae asperitas illa suis radiis splendorem, nitoremque; concilians isti vero similiter succina operum ruditatem expellunt. Quoniam decoctum aut dilu-  
latia aqua, pota viceribus renum, ac vesicae mirifice medetur. Equiseti mentio Galenus libro 6. simplicium medicamentorum, ubi eius vires retulit his verbis. Hippuris, inquit, asstringentem cum amaritudine facultatem possidet, ac proinde venter si parum secus esse nervus contingat: praeterea vocatur enterocelas glutinat. Ceterum ad sanguinis reiectionem, ad profusum huiusmodi hiebre, potissimum rubrum, ad dysenterias, & ad alios ventris fluxus generosum est remedium herba ipsa aut ex aqua, aut ex vino pota. Sunt qui de ea scriptum reliquerunt, quod nonnunquam etiam vesicae, ac renium interitum videri vulnera succis ipsius sanantur.

## EQUISETVM ILL



*suis sanauerit. Prodest etiam profusio sanguinis ex naribus, tum fluxui obnoxys in ventre affectibus, ex austerorum vino-  
rum quopiam potus: ac si febre teneantur, ex aqua. Quae planta Graecis ἰσσοπέδις, Latinis Equisetum appellatur: Ara- Nomina.  
bibus, Dhenben alchail, Dhenib alchi, siue Daneb alchail: Italis, Coda di cauallo: Germanis, Rossjchuanitz: Hispanis, Co-  
da de mula, & Ribo de mula: Gallis, Queue de cheual, & Prele.*

## EQUISETVM IIII.

*Kixxos flaxina.*

COCCVM INFECTORIVM.

CAP. XLIII.

**C**occum, quo infectores utuntur, frutex est furculosis, parvus, cui grana ceu lentes adherent, quæ electa congeruntur. Optimum gignitur in Galatia, & Armenia: deinde Asia, & Cilicia: ultimum ex omnibus Hispanicum. Vis huic spissandi: uulneribus, neruisque præcis, conuenienter ex aceto tritum illinitur. Nascitur quoque in Cilicia è quercubus, cochlearû exilium similitudine, quod illius regionis mulieres ore legunt, & coccum uocitant.

Cocci infecto-  
rii confid.

**E**t si Coccum seu granum tinctorium seplasiarj, & infecto-ribus notissimum sit, quod & medicamentis admisceatur, & eo plurima tum sericea, tum lanæa filamenta infici solent; nescio tamen an eius arbuscula in Italia proveniat. Nos autem



## COCCVM INFECTORIVM.



autem eam, cuius picturam damus, vidinus ex Byzantio allatam. Porro Coccum tinctorium communis usus constat rotunda, inanis; bacca, que nullam profectò lentis faciem refert, ut Dioscorides asserit. Ut hinc planè conicere liceat, Coccum hoc diuersorum esse generum, nostrumq; facile illud esse, quod Plinius in Attica, & Aþbrica provenire tradit, Scolecion ideo vocatum, quoniam ex eius medulla tenues exoritur vermiculi: argumento, quòd hoc inane intus deprehendatur. Huius pulvere non infelicitè utuntur mulieres Italica ad prohibendum abortum, ipsum gravius in ono sordili propinantes, pauco addito thure, vel mastiche. Quod in quercubus nascitur coccum (ut Diosc. in Cilicia nasci scribit) copiosum quoque in Boemia provenit. Primum quod à me visum est, truncum ferè totum occupabat nec infirme quercus non longè à puggibros in Leporario, quod Parcum serarum vocant, Casti is Ferdinanci, ac drinde in alijs etiam locis, sed cum ab incolis non agnoscat, quotannis perditur. Atqui in Polonia ubi etiam copiosum provenit, non desunt, qui illud diligenter legant. Ceterum contentum Monachi illi venerendi, qui in Mesuem commentarios ediderunt, aliud esse Coccum, aliud però Chermesinum vulgò vocatum,

Monachorū  
opt. explioli.

rum, quo serica flamma roseo colore inficiuntur. Etenim afferent y legitimum chermesinum est quibusdam feri granuli, que vt plurimum vulgari Pimpinella radicibus adherentia reperiuntur, vocarique hæc proprie Mauritanis Chermes. & hinc isti deinde colligunt, minimè credendam esse, quòd Græcorum cocum vulgo grana tinctorum nuncupatum, sit Mauritanorum chermes: quandoquidem magna omnino inter colorem cocum, & chermesinum intercedat differentia. Sed hos patres hallucinari (pace tamen eorum dixerim) ex eo equidem euidentius fieri arbitror, quòd hæctenus neminem Arabibus scite inueniri, qui eorum adhiberet sententia. Siquidem Serapio per chermes nil aliud intelligit, quàm cocum tinctorum: a Græcis appellatur, cum de Chermes agens eam omnia in eius historiam referat, que Dioscorides suo cocco tribuit. Quapropter scirem libentissimè qua ratione, quæue autoritate nixi y reuerendi monachi in hanc venam, quòd erroneam detinerent opinionem. Verùm non ab id negauerim ego nostrum Chermesinum à cocco minimè differre, quòd certo sciam, aliud esse cocum, aliud Chermesinum, vnde & infectores differente causa cocum Granam nuncupant, Chermesinum verò, quòd è pimpinella radicibus decerpitur: sed negauerim quidem Mauritanorum chermes nostrum vsus chermesinum esse, quòd nil aliud Chermes esse putem, quàm Cocum, cuius hic meminit Dioscorides. Chermesinum nouum iam pridem conuehitur in Italiam ex Hispania ab occidentali India importatum, quòd cum copiosissimum afferatur, Chermesina flamma nunc vilescere caperunt. Cocci seu Grani infectioris vires descripsit Galeus libro 7. simplicium medicamento, his verbis. Granum tinctorum adstringentem, simulque: amarum facultatem possidet. Vt vaque sine morfu deficiat. proinde ad ingentia vulnera conuenit, præsertimque neruorum. Sed tunc ipsum quidam cum aceto terunt, ali cum oxymelite. Que rixas Cæsarè Græcè, Latine pariter Cocos baphica, & Granum infectorum nominatur: Arabice, Char-men, kermes seu Chermes: Italicè, Grana de tintori: Germanicè, Scharlachber: Hispanicè, Grana para tennir, & Grana en grano: Gallicè, Vermillon.

Grani tinctorum uti vires ex Galeo.

Conclusio nō legit Mesi, ne que Catec. Tragii colid.

**T**RAGIUM nascitur in Creta tantum insula, lentisco femine, folio, & ramis simile, singulis tamen minoribus succis: & lacteus, & gummi non dissimilis. Semen, folia, lacrymaque illius spicula è corpore eijciunt: omnia quocuoque corpori impacta, euocant: proia straguria medentur, calculus vesicæ frangunt, menses trahunt. modus in sumptione est, drachma vna. Fama est syluestres capras sagittis confectas, eius herbæ pabulo spicula excutere.

Tragium

TRAGIUM.

CAP. XLIII.

Tragium alterum

TRAGIUM ALTERUM.

CAP. XLV.

**E**st & alterum Tragium, quod tragoceros aliqui uocant: folia scolopendrii haber, & radicem syluestris raphani, tenuem, candidam. Quam crudam uel coctam esse dysentericis proficit. Folia autumnò, hirci uirus olent: exinde sibi tragii nomen adoptauit. Prouenit in montibus, & præcipitiis.

**T**RAGIUM, quod in Creta tantum usque tradit Dioscorides, quodque in vniuersum lentisco simile facit, Plinius libro 13. cap. 21. ipsum fruticem terebintho similem reddidit, & libro 27. capit. vltimo, idem in iuniperò assumlauit. Id quod dubio proci ostendit, Tragium hoc omnino illi fuisse ignotum: & quòd tantum id de eo memoria prædiderit, quòd ab alijs autoribus non nimis fortasse hac in re caucientibus mutatus est. Hoc atque nostrum non defecit, quòd sciam, in Italiam. Quo fit, vt, id mihi hæctenus sicut & cæteris herbarum studiosis, vt ferme suspicor, sit in Italia incognitum. Quamobrem nimè audienti sunt impostores quidam, qui contendent Dilectissimum album ita uocatum, vulgariis notitie plantam, non in Creta tantum, sed vbiq; ferè nascens, legitimum esse Tragium, e qua re vobis quidam Pfendorizotomos citra me scribere, & erroris me arguere non erubuit. Verùm mihi sat esse crederim ad huius expugnandam temeritatem, testes habere Dioscoridem, Galenum, Oribasium, Paulum, Plinium, quippe qui vno simul consensu scribant, nusquam nasci Tragium præterquam in Creta. Sed prob hominis suspitatem atque amentiam è ipse enim cum. Suspicio si tamen, hoc grauisimum auctores suspicidos sibi similes fuisse censet, & vulgari vbiq; est planta, fuisse Tragium, scripsisset inquam eis non videret id nisi in Creta? nemo profecto, præter hunc, & qui eum subduxit sycophantam. Atqui cum videat Dioscorides hictionem sibi rumpnare, quòd habeat tunc ad se hunc quousque xii. τὸ κάριον μαστίχη δὲ γάρρα, idem folia, & virgas, & fructum lentisco familia habet, fed minora omnia. videatq; Dilectissimum album folia egerere lentisco longe maiora, mendium Dioscoridis fuisse addone, & vult legendum esse μαστίχη, non κάριον, ac vt solidam seam fulciat opinionem, peratissimum seductorem suum in testimonium citat, quippe qui Constantinopoli Dioscoridis exemplar antiquissimum legisse se restatur apud Hammonem quendam Iudæum (miror sane cur non dixerit apud Hammonis araculum) in quo μαστίχη legitur. O insul-tissima enatio, & proflus exhibilanda. An non suo ipsius se uigulauit gladio? Nunquid non videt miser, quòd vbi μαστίχη ἀράτα legitur, Dilectissimum album sequipedalem herbam non folijs solim, sed virgis, seu ramis, & fructu quoque lentisco arbore non infima, maiorem facit? Id quòd falsissimum esse non folim perpetuò testabuntur rei plantæ iudices, sed etiam vides quicunque iustit, qui ambas hæc noverint plantas. An non distat tantum Dilectissimum ab è lentisco, quantum cha medrycia queruq; quantum chamæpitys à pine è quo ergo pacto virgarum, ramorumq; magnitudine lentiscum superabit à O diuum ingenium ad insidias parandas. Cæterum quòd de fructu vobis videbitur, quem plantarum excolitis? Nunquid vidistis, obtero, in Italia, in Chio, in Creta, aut alicubi terrarum, lentiscum perinde, ac Dilectissimum album quinqueras proferre siluæ, & semen in illis conclusum, an borros, racemose bacis rufescentibus stipatos, è quibus Lentiscum oleum premitur? Nunquid (inquit) differunt apud vos botry, racemise à siliquis? Forsic hic opus est, ne impostorem tam insidioso linguæ medicæ corumpatur materia. Quod autem secundo loco à Dioscoride referentatum est, id potius herbam esse crederim, quam arbuticulam. cum eius radix tam cruda, quam cocta in abum veniat, sitque syluestri raphano proxima. Verum tamen nondum reperi qui plantam mihi demonstraret, folijs scolopendrii similibus, que hirci uirus olent. Ex quo adducor, vt ab is plantè distentiam, qui putant Tragium hoc tam esse plantam, quam quidam Pimpinellam, quidam verò ab odore Saxifragiæ hircinam appellant. Quandoquidem huic scolopendrii folia non insunt, nullusque eius ad dysentericis usus, tamen si

Opinio repro-bata.

## PIMPINELLA SAXIFRAGIA.




*visus, tamen si ad ciendam vinam, expediendosque viscerum infarctus plurimum praestet. Huius PIMPINELLAE duo* Pimpinellae  
*habentur genera. Maior radice nititur longa: folijs circumquaque solo procumbentibus, dissectis, per ambitumque ferratis:*  
*caule quadranguli: floribus in umbellam cohaerentibus, tenuibus, albicantibusq;. Minor: caule exire rubenti: folijs un-*  
*naribus, minus dissectis, minusq; serratis. Præterea tamen hircum redoler. Radix, in qua vis tota consistit, excalfacit,*  
*siccaturque ordine secundo completo, aut sanè tertio incipiente. Praestat hæc ad venum, & vesicæ morbos, quorum calculus est*  
*causa. Ob id enim venæ a calculis expedit, & vinam remorata pellit. Prodest expressus radicibus succus ex vino han-*  
*ctus, deleteris medicamentis, & venenosorum animalium moribus. Quæ ratione non desunt, qui ad postulentiam, radicem*  
*hanc miris laudibus esserant. Est & alia Pimpinella, quæ a nostris vulgò SOLEASTRELLA nominatur, nullis non*  
*cognita, exopte quæ acerrimis frequentissimè inseratur. Verum hæc ab antedictis longè distat virtutibus, esse foliorum siccæ sa-*  
*tis inter se conveniant. Siquidem vitæ hæc gustata non leniter adstringens percipitur, & lenioris copiam præbet. Vnde* Pimpinellæ  
*de facili* vulgari  
*res.*

## PIMPINELLA, SIVE SANGVISORBA MAIOR.




de facile conijctur, eam esse adstringentis facultatis. Hinc itaque fit, ut muliebri profuvium efficacissimè sstet: dysenteriam, & ceteros alii fluxus cohibeat: quoniam & biliosas vomitiones reprimat. Herba ipsa vulnera, & ulcera sanat: mitis nostra medicus, que tum ad capitis vulnera, tum ad carcinomata parantur. Hanc Mattheus Curtius clarissimus atameo quidem iudicio, aberrant, ut supra etiam in sua mentione docuimus. Ceterum dum pimpinella hec est generum. Maior in Boemia in pratis plerumque nascitur, folijs, ramis, caulis, capitulis & radicibus alterius longe maioribus. Sed eadem utriusque facultas. Tragii meminit Galenus libro 8. simplicium medicamentorum, ubi hec de eius virtutibus tradit. Tragii, inquit, folia, semen, & lacryma trahentis, digerentisque sunt facultatis. Est verò & tenuium partium, & facultate in

## PIMPINELLA, SIVE SANGVISORBA MINOR.



60 *cultate in principio tertij ordinis calida . Corpori infixæ extrahit, lapides frangit, menses movet drachma pondere potum .*  
*Parò in Cyeta sola nascitur tragion lentisco simile . Ceterum alterum Tragium hoc minus, cuius folia scolopendrio simi-*  
*lia sunt, videntur quidem multis in locis : sed non parum habet facultatis adstringentis, ut & ad fluxionum affectus conveniat .* Nomina.  
*Vtraque planta Græcis τράγιον, quemadmodum & Latinis Tragium appellatur.*



Τράγος.

TRAGVM.

CAP. XLVI.

**E**st etiam herba tragos, quam aliqui scorpion, aut traganon vocant: maximè in maritimis nascens, <sup>a</sup> palmum alta, aut amplior, fruticosa, humilis, oblonga; sine foliis: pusillis circa ramos acinis, rufis, multis, magnitudine tritici, acuto cacumine, gustu multum adstringente <sup>b</sup>. Racemorum acini decem ex vino poti, coeliaci & foeminis fluxione vuluæ laborantibus, auxiliantur. Tunduntur à pieris que, & in pastillos digesti asseruantur: quibus vtuntur, cum opus est.

<sup>a</sup> Meum, & Car. θαλασσιος καμίνος ήδη γύρι ήθημανος ή μάγειρος ασπιδαριος ή μάγειρος. ήλλα δέ ούκ ήγη. i. Frutex parvus, hærens humi, oblongus, non magnus: Spithamæ altitudinæ, aut maior: folia vero non habet.


<sup>b</sup> Vtunque exempli. τούτε ή καρπος ής ήγας ήκα, i. ipsius fructus, nempe bacce decem.

**T**ragum aliquibus Scorpius vocari non modo tradidit Dioscorides; sed etiam Plinius libro 27. capit. vltimo, his verbis. Est & herba Tragos, quam aliqui Scorpius vocant, semipede alta, fruticosa, sine folijs: pusillis racemis, subentibus grano

bus, grano tritici, acuto cacumine, & ipsa in maritimis nascens. Et lib. 21 c. 15. Spinosarum, inquit, multe species. In totum spinosa est asparagus, scorpio: nullum enim folium habet. Id quod ante ipsam posteritatis memorie prodiderat Theophrastus lib. 6. c. 1. de historia plantarum, cum inquit. Aculeatorum alia ex toto aculei sunt, ceu corvuda, & scorpis: hæc n. nullum præter aculeum folium gerunt. Hinc itaque omnibus abunde constare arbitror, herbam, cuius hic effigiem datus, legitimum esse Tragum; etsi non desint, qui aliter sentiant, quos omnino nihil scio, quòd sciam hos esse longè magis adductos evertendæ, quàm restituendæ veritati. Siquidem in hac planta nihil desiderari potest, quòd Trago non conveniat. Est enim frutex parvus, humi procumbens, sicut hæc altitudine, in maritimis nascens sine foliis, pusillis circa ramos acinis, rufis, multis, acuto cacumine, vel potius, ut Plinius inquit, ac etiam Theophrastus, planta est spinosa tota. Ea siquidem in Tergestino litore provenit, & ad Argentarium promontorium in Hetruria nulla præter reclamante nota ex his, quas rei herbaris auctores Tragoreddiderunt. Huius tamen nusquam, quod inveni, meminisse Galenus in simplicium medicamentorum censu. Herba hæc τριγός, & σκοπίος, Græcè dicitur. Latine item Tragus & Scorpio.

Nomina.

I V N C V S.




Iunci duo genera. unum læuis nominati: alterum acuti, qui in mucronem fastigiatur. Cuius etiam duo assignantur genera. unum sterile: reliquum fert semen nigrum rotundum, & crassiore consistat calamo, carnosioreque. Tertius est iuncus, qui uocatur olofchænos, prioribus carnosior, asperque: is similem supradicto fructum in cacumine parit. Semē utriusque rotundum, ex diluto uino potum, sistit aluum, & rubra foeminarum profluuia: urinam cit, capitisque dolores facit. Quæ proxima sunt radici folia tenera, conuenienter illinuntur aduersus phalangiorum mortus. Aethiopici iunci semine fomnus allicitur: sed modus in potione seruandus est, ne sopor fiat.

Iunci confide-  
rario, & uires  
ex Gal.

Iuncus omne genus vulgaris est notitie: quandoquidem propter stagnantes aquas omnes eius reperiuntur species. Nascitur in Boemia iuncus circa aquas, quem à floribus speciosis, quos edit, nos floridum iuncum uocare volumus, eiusdem cum alijs facultatibus. Iunci generum meminit Galenus libro 8. simplicium medicamentorum, ubi de his ita scriptum

## IVNCVS FLORIDVS.





reliquit. Schœnos <sup>ματ</sup>, hoc est, *Luncus leuis*, quædam *oxyſchænos*, alia *oligoſchænos* nuncupatur. *Gracilior*, *diviorq;* *oxyſchænos*. *crasſior*, *laxiorque oligoſchænos*. *Fructus oligoſchæni ſonnum aſfert*. At *oxyſchæni* *due ſunt ſpecies*: *altera ſterilis*, cuius quidem in medicina nullus uſus eſt: *altera uerò ſemen fert*, cuius etiam ſemē ſonnum concillat, ſed minus quam *oligoſchæni*: *quanquam tamen hoc caput tentet*. *Prutruque ſiſtictum cum rino bibatur*, *uentris fluxus deſiccet* & *multe bre profluuium rubrum ſiſtit*. *Ex quibus clarum eſt*, quod, *compoſita eorum temperies eſt ex terrena uidelicet eſſentia leniter frigida*, & *aquea leuiter calida*: *ut & inferna deſiccare poſſint*, & *ſenſim frigidus ad caput vapores ſubmittere*, quibus *ſchmelen*: *Hiſpanis*, *Lunco*: *Gallis*, *Lunc*.

Nomina.

10

Αρχαία.

LICHEN.

CAP. XLVIII.

**L**ichen, qui faxis eſt familiaribus aliquibus bryō appellatur, aſperginofis petris adhæret, ut muſcus. **L**is illius sanguinis profuuiua ſiſtit, inflammationes arceat, impetugini medetur. **L**uauit regio morbo correptos, cum melle illius: oris, & linguę defuſiones inhihet.

L I C H E N.




Lichenis con-  
fiteratio.

Lichenis ge-  
nera ex Plin.

Pulmonaria  
depictio, & vi-  
tes.

**L**ichen procul dubio ea est planta, quam officina, & herbarij hodie Hepaticam vocant. Hanc autem Graeci Liebreza appellant, quod lichenus serpentis morbi genus, imposita siliat, & sanet. Lichen in asperginosis, & vorulentis pro-  
uenit locis, nudis petris adherens, musci modo. Folio consistat suppingui, cartilagineo, prope radicem angusto, in latum se-  
pendante, triplici vel quatriplici lacinio intersecto. Prodeunt a radice cauliculi tenues, quibus capitula insunt parua, stel-  
larum effigie. Lichenis Plinio libro 26. capit. 4. duo produntur genera, quae his verbis depingit. Lichen, inquit, her-  
ba omnibus his praefertur, inde nomine inuento. Nascitur in saxosis, folio uno ab radice lato: carne rmo, paruo, longis fo-  
lyis dependentibus. Haec delet & sigmata: teritur cum melle. Est aliud genus Lichenis pervis tantum adherens, vt ma-  
scus, qui & ipse illinitur. Hic & sanguinem siliat vulneribus insillatus, & collectiones illius. Morbum quoque regium  
cum melle sanat ore illito, & lingua. Qui ita curantur, aqua salia lauari iubentur, vngi oleo amygdalino, bortenibus ab-  
stinere. haec Plinius. Ceterum est haec Lichen non longe dissimilis, quae in quercuum, aliacumq; syluestrium arborum cau-  
dicibus nascitur, in opacis praesertim syluis. haec tamen aridior, & ambitu latior, superiore parte virescens: inferiore ve-  
ro pallescens, maculis quibusdam referta, adeo vt formam pulmonis referat: unde plerisque PVLMONARIA dicta est. Vt  
tur haec nonnulli magis fortasse nomine, quam ipsi viribus freti, ad tabem, pulmonum vlcera, & vlcera spurta. Nec de-  
sunt, qui laudibus eam effertant ad pudendum vlcera, et ad vtrunque muliebri profusum, cui: mo i; q; e

## PVLMONARIA.




mederi aiant. Quin & eam dysentericis exhibent, & biliosa excrementibus. Sunt quoque, qui ea vrantur ad suspirios, anhelatores, & Asthmaticos, cum glycyrrizæ succo, hyssopo, eleniæ radice, & scillino oxymelle. valet eadem ad onium, & ceterorum quadrupedum tussim, & respirandi difficultatem. Quamobrem pastores eam in primis tundentes, mane non bovis cubus cum sale propinant. Est & alia herba, que etiam Pulmonaria vulgo nominatur, ab illa tamen maxime differens, in opacis proneniens, folio buglossi, aspero, hirsuto, albis maculis circumaspero. Caulem gerit hec inerte vix, in cuius cactu- mine flores erumpunt purpurei, perinde ac in vulgari cynoglossi. Huic planta rei herbarie periti non contentas vires tribuunt, ad pulmonis vlcera sananda. Quia in re, itemq; in sanguinis reiectione mirabili successu se eam exhibuisse mihi se pius vetulus Iulianus a Maroflica Teruifienfis medicus peritissimus: decoquitur enim ad medias, eaturq; decoctum potandum addito saccharo: vel succus ex ea expressus serapii modo cum saccharo paratus. Præstant hæc omnia herba ipsa, & flores, quoquo modo a tæbe affectis sumantur decocta. Lichenis meminit Galenus libro 7. simplicium medicamentorum, sic in- quens. Lichen, qui in petris nascitur, est velut muscus quidem, sed rectè ex plantarum genere cenferi potest. Sic autem nominatus videtur, quod lichenas seu impetigines curet. Extergentem, ac modicè refrigerantem facultatem habet, vtran- que verò restecantem. Abstergentem quidem, atque exiccantem a petra obtinet, refrigerantem verò humore aqueo: na- scitur enim in humidis, & grauior olei vibus saxis. Porro quod ex salibus substantijs componitur, aduersum esse inflam-

Pulmonaria alia.

Lichenis vi- res ex Gal.

PVLMONARIA ALTERA.



Nomina.

mationi, nihil mirum est. Ceterum an sanguinis profusio sistat, ut refert Dioscorides, id nequitiam dicere queo. Quod  
 Græcis λυχνία, Latinis item Lieben dicitur: Arabibus, *Azax asfacher*: Italis, Liebene: Officinis, Hepatica: Germanis,  
 Steinerkraut, & Brunnen leberkraut: Hispanis, Hepatica, & Figadella: Gallis, Hepatique, & Porcorau.

Παρωνυχία.

PARONYCHIA.


CAP. XLIX.

**P**aronychia exiguus frutex, in petris nascens, peplo similis, minor longitudine, maioribus foliis. Il-  
 lita paronychiis, atque fauis remedio est.


Paronychiæ  
 confid.

**P**aronychia, cuius hic primo loco imaginem damus, non modò in saxis gignitur; sed etiam in veterum ædificiorum parieti-  
 bus, folijs adeò rutæ similibus, ut non desint qui eandem parietariam, sive muralem rutã appellent. verùm cum Dioscori-  
 des Pepli folijs nasci paronychiam scribat, non desunt nascuti, qui sententiam hanc nostram impugnent. Atqui ego horum  
 vitiligatorum calamiis ridere soleo, quod sciam pepulum Dioscoridis testimonio, folijs rutæ paulò latioribus provenire.  
 Itaque potius idem accusandi sunt, qui hanc plantam alterum Theophrasti adiantum faciunt, nempe quod album ipse ap-

PARONYCHIA.



## PARONYCHIA ALTERA.



pellant. Siquidem is nullam inter nigrum, & album adiantum interponit differentiam nisi coloris tantum, qui in huius caule niger: in illius vero albus apparet. Folia in adianto coriandrina esse debent, & quae in aqua nunquam madescant. At Paronychia nostrae folia sunt rufa, nec aquam respuunt. Praeterea cartiliculis sunt illi virides, non adicantes, nec feris suillis similes, quoniam nec pellucida. Nec unquam locis humidis asperginosisque proveniunt, in quibus adiantum maxime nascitur, Theophrasti ipsius testimonio. Sed in aridis, & siccis, cuiusmodi saxa sunt, & parietes. quo fit ut ballucinentur, qui hac ducuntur opinione, & dum me erroris coarguunt, ipsi longe magis sese damnandos offerunt. Nascentur ferens in Italia, quam Paronychiam nobis appellare libuit, sed copiosissimam vidimus in ingenti sylva, qua iter ista est, qui Corintha discedentes Labacum Carniole metropolim petunt, ubi in ingentibus saxis, fretis algosibus, perpetuo virefcit. Ceterum haec vrinam ciet, & arenulas, & renum calculos pellit, unde inter saxifragorum genera quibusdam reponitur. Peculiariter autem praeslare hanc compertum est ad puerorum enterocelas. Scimus enim nonnullos esse sanatos, hausto tantum huiusce plantae pulchre, continuis quadraginta diebus, quibus manifesto collapsa intestina in seruaturn cernebantur. Est & alia planta, cuius quoque nos hic imaginem appinximus, quam quidam legitimam Dioscoridis paronychiam faciunt. Horum ego sententiam nec probare, nec improbare ausim. Sit itaque de ea aliorum quoque iudicium. Habet haec folia pepla longiora, flores parvos, copiosos, racematim cohaerentes, albo colore. Sed qui Paronychiam florere scribant

Paronychiae haecenus non legi. Quinetiam mihi incompertum est an in petris oriatur. Meminit Paronychia Galenus libro 8. In-  
 uires ex Gal. pl. medic. ita de ea scribens. Paronychia ab effectu nominata est: sanat enim paronychias, & ut refert Dioscorides, fauos  
 quoque. Vis eius est tenuium partium, & exicatoria morfu vacans: talia enim sint oportet, quae paronychias sanant. Por-  
 ro satis constat tale esse idoneum ad digerendos afflicti omnes, qui digeri possunt. Siquidem eiusmodi sunt, quae cum ex  
 terio sint ordine exaltescentium, & desiccantium, velut & hoc, essentia insuper tenuium partium sunt. Planta Graecis  
 Nomina. *παρωνυχία* pariter Latinis & Italis Paronychia nominatur.

Χρυσόμοι

## CHRYSOCOME.

CAP. L.

Chrysocome palmi altitudine fructicat: coma specie corymborum, hyssopo simili radice hirsuta,  
 ueratri nigri modo, tenui, cyperum æquante: gustu non iniucundo, ex dulci austero. in petrosi,  
 opacisque nascitur. Radix exsiccatur, & adstringit: his conueniens, quos iecur, aut pulmonis inflam-  
 matio malè habet. contra purgationes vuluae, decocta cum hydromelite assumitur.

Chrysoco-  
mes confid.

Quasi Chrysocomen in Italia mihi ostenderet, haecenus reperi neminem. Quamobrem in eo natura vridario, plantis  
 compluribus nobis incognitis referto, quod tantum in sui ipsius usum colit natura, ne omnibus exuta medicamentis,  
 suis etiam languoribus mederi nequeat, eam & virefcere, & florescere omittamus, donec nobis, aut alijs conpertam in com-  
 mune quoque cognitionem, & usum prodere contingat. Interim tamen, ut nostrum institutum sequamur, vires eius ex  
 Galeno subiciam: quas ipse libro 8. simplicium medicamentorum, iis verbis descripsit. Chrysocome vocatur & chry-  
 sites. Radix vincentes acrem simul, & adstringentem qualitates habet: quare neque multi usus est. Visi tamen eji deco-  
 Nomina. *Χρυσόμοι* sic Graecè, ut etiam Chrysocome Latine dicitur.

Chrysoco-  
mes ex  
Gal.

Χρυσόγονοι


## CHRYSOGONVM.

CAP. LI.

Chrysogonum densè fructicat, quernis foliis, flore coronarij verbaſci: radix vt rapum exuberat,  
 intus ruberrima, foris nigra. Quae trita cum aceto, atque imposita, muris aranci moribus  
 auxiliatur.

Chrysogonum, nisi aliunde in Italiam deferatur, inter plantas, quae minimè cognoscuntur, & ipsum perpetuò recenser-  
 dum esse putarem: vel nobis in abditissimis natura hortis, ubi delitescit, inuestigandum erit. Id siquidem haecenus  
 Nomina. mihi neque inuenire, neque ab alijs conpertum videre licuit in Italia. Quae *Χρυσόγονοι* Graecè, Latini quoque Chrysogonum  
 dicunt.

HELICHRYSVM.



Ελχρισμ. HELICHRYSVM.

CAP. LII.

60 **H**elichryson, quidam ichrysanthemom, nonnulli & id amaranton vocant, quo deorum simulacra coronant. Ramulum habet candidum, virentem, rectum, firmum; folia inreredentibus spatij angusta, abrotano similia; comam aureæ lucis, in orbem: umbella rotunda, ueluti siccis corymbis dependentibus: radice tenui. Nascitur in aëperis, & torrentium<sup>a</sup> alueis. Contra serpentium ictus, coxendi cum dolores, urinæ stitilicidia, ruptaque, coma è uino pota opitulatur: ciet menses. Sanguinem concretum ventris ac uesicæ absumit. pota cum mul'sorieiunis, trium obolorum pondere, sistit distillationes, data in uino albo diluto. Vestibus inferitur, ut eas ab erodentium iniurijs tueatur.

a Meum & Car. *χασαδρ*  
*ήλοι τόνου*.  
 i. torrentium locis.


**H**elichryson copiosè pronenit in Hetruria in pratis gracili solo, incultisque locis, stiticolosis collibus, necnon etiam in fluminum alueis. Causè constat recto, æquali, ac ligneo, cubitale longitudinem non excedente: folijs per interval- la emergentibus, abrotani æmulis: comantibus in cacumine floribus, aereo colore fulgentibus, & in orbem umbella modo cobsistentibus, corymbacea facie, veluti myriophylli, vel agerati: qui exiccati aureum colorem diutius retinent. Proinde

bb 4 commodè

Fuch error.

commodè hyeme, quòd eo tempore flores deficiant, puella sicum Helichrysum coronamentis suis inferunt, quemadmodum & Amarantium purpureum, quòd nostris Hetruscis vulgò dicitur Fiorveluto. Helichrysum depinxit Fuchsus in suis clarissimis de stirpium historia commentarijs, folio echij aculeato, & floribus bupthalmi. Qua in pictura ipsum deceptum suspicor, quòd ea Helichryso minimè respondere deprehendatur. Helichrysi meminit Plinius libro 21. cap. 25. ubi de eo disseruit his verbis. Helichrysum, inquit, quòd alij Chrysanthemum vocant, ramulos habet candidos: folia subalbida, abrotano similia: ad solis repercussum aures lucis in orbem veluti corymbis dependentibus, qui nunquam marcescunt: qua de causa deos coronant illo. Quòd diligentissimè observavit Ptolemaeus rex Aegypti. Nasitur in fructetis. Est & alia planta, in Italia quoq; nasens, quam nobis HELICHRYSUM ALTERVM vocare libuit, quòd folia illi quoq; sunt angustia: & aerei in summitate flores. Sed hallucinantur, qui plantam, quam quidam STOECHAM CITRINVM vocant, legimus Dioscoridis Helichrysum esse censent. Siquidem folia illi tenuia abrotani modo non sunt, sed longa, albicantia, & bifida. Caudes palmares, aut maiores, lanuginosi, & incani, in quorum summitatibus flores sunt aereo colore fulgentes, glabrosi, odorati, in umbelle diuulsa modum sese pendentes. Radice nititur breui, & subnigra, excelsa, & siccat, aperit & abstergit, vt amarulusculus indicat sapor: quietiam nec adstringenti facultate vacat. Decocti flores, aut ex uno macerati, iocunoris obstructions aperiant. prouide datur vitiliter eorum decoctum, aut dilutum regio morbo, aut malo habitu affectis. Idem potum interaneorum vermes necat. Medetur tota planta omnibus cerebri morbis à frigido prouenientibus, nempe pi-

## HELICHRYSUM ALTERVM.






ritofis fluxionibus, diuturnis doloribus, comitialibus, resolutis, & id genus alijs siue eius decoctum sumatur in potu, siue herba ipsa in puluerem trita ex rhodomelle bibatur, aut oxymelite. In lixiuio addita non solum prescripiis morbis fert auxilium, ubi eo caput abluatur, sed sturfores quoque abstergit; & pediculos necat. Datur cum herba ipsa tum eius decoctum, ad vrinę suppressiones, siquidem venę expurgat, & vrinam pellit. Adduntur flores in fomentis, quę ad veteri morbus frigidos, & obstructions parantur. Helichrysi sub Amaranthi nomine mentionem fecit Galenus libro 6. simplic. medic. sic inquit, Amaranthum facultatis est incidentis, & extenuantis. Coma igitur eius mensis cum vino pota educit: & grumos sanguinis liquare creditur, non solum in ventre, sed & in vesica: sed tunc potius cum mulso bibenda. Et omnes simpliciter iuxta: ones, porta desiccatur, stomacho infesta. hęc Galenus. Ceterum cum Helichrysum tam Dioscoridi, quam Galeno Amaranthum dicitur, opportuna nobis sese offert occasio, ut hic *A M A R A N T I* purpurei, quod, ut paulo antę diximus, a nostris vulgę vocatur Fioruelluro, hisloriam, & vires tradamus, presertim quod puellis gratissimum sit hyeme in suis texturis corollis, utpote quod tam recens, quam siccum purpureum, ac flammęum colorem diutius conferuet. Hoc itaque folia presertim ocimi maiora: caulē crassum, pinguem, subrubentem: florem spicatum, admodum purpureum. qui quantum diu siccatur (ut supra dictum est) asseruatur, hanc aquam tamen suam deperdit colorem: Amaranthum hoc, quantum equidem veor, memoria prodidit Plinius libro 21. cap. 8. cum sic inquit. Amaranto non dubie vincimur. Est autem spica purpurea, verius quam flos aliquis, & ipse sine odore. Mirumq; in eo gaudere decepi, & latius renasci: Pro-

Helichrysi uires ex Gal.

Amaranti purpurei mentio, & uires.

STOECAS CITRINVS.



## AMARANTHVS.



uenit Augusto mense: durat in autumnum. Alexandrino palma, qui decerpit asseruatur. Mirumque postquam defecere cuncti flores, madefactus aqua renouiscit, & hybernas coronas facit. Summa eius natura in nomine est, appellato quoniam non marcescit. Hactenus de amaranto Plinius. Hinc facultas inest (ut recentiorum quorundam fert opinio) frigida & sicca: prouide flos eius potus calidior, & dysentericos iuuat. Mensum abundantiam cohibet, & albas uteri fluxiones. Quinetiam cruenta exuentibus prodest, presertim si in pulmone, vel peccore, vas aliquod fractum fuerit. Planta, quae Graecis ἡλίχρισον, & ἡλίχρισον, Latinis pariter Helichrysum appellatur: Italiae, Helichriso.

Nomina.

Χρυσάνθεμον.

CHRYSANTHEMVM.

CAP. LIII.

**C**hrysanthemon aut caltha, nonnullis buphthalmos. herba est tenera, fruticosa, laeues proferens caules & multifida folia: flores supra modum splendentes, luteos, orbem oculi imitantes, unde buphthalmi nomen traxit. propter oppida nascitur. cuius caules oleris uice manduntur. Flores cum cerato tritici, sciatomara discutere produntur. Regio morbo correptis, colorem bonum breui reddunt, si sequente longo balnei usu, post exitum cibantur.

Quaequam

## CHRYSANTHEMUM.



60 *Quamquam non desint, qui crediderint Bupththalmum, & Chrysanthemum unam, & eandem plantam esse, quod par-*  
*tibus notis inter se certare videantur; tamen si particulares quaedam notae in utrisque diligenter expendantur, facile*  
*inter has plantas discrimen aliquod notari deprehendetur. Quod cum optime sciret Dioscorides, diversis libris, diversisque ca-*  
*pitibus de his secciatim differuit. Quod utique minimè fecisset, si compertum habuisset, nullam inter eas intercedere diffe-*  
*rentiam. Quae tamen hinc cognosci potest, primum quòd Bupththalmo folia insus fauculo similia, quae planè capillaria con-*  
*stant: Chrysanthemo vero ter, eva, multifida, minutissima per ambitum laciniata. Deinde Chrysanthemi caules in cibus man-*  
*di aliorum uterum modo scribit Dioscorides: id quòd de Bupththalmo agens silentio præterijt. Præterea flores Bupththalmo*  
*reddidit anthenidi similes: Chrysanthemo vero luteos, & vehementer splendentes. Cæterum de horum viribus differens,*  
*Bupththalmi flores, cum cerato tritos, tumores, duritiasque discutere tradidit in uniuersum, & affirmatiuè locutus. Perùm*  
*postea de Chrysanthemo scribens, huius flores, inquit, steatomata discutere produuntur, particulariter & dubiè locutus. Hæc*  
*Janè harum plantarum manifesta discrimina faciunt, ut credam, quòd aliquis antiquorum curiosus, nimisq; stolidus Bupththal-*  
*um, & Chrysanthemum unam tantum referre plantam sortè existimans, omnia in Chrysanthemo adiecerit, & consequen-*  
*ter, quæ libro tertio de Bupththalmo memorie prodidit Dioscorides, quæquæmodum imprudenter de Ruta & Hyperico, & Saja-*  
*ro & Bacchari ab alijs factum esse in præcedentibus ostendimus. Hoc itaque argumento fretus crediderim, quòd hoc modo*  
Chrysanthemum  
mi caput  
fuiturum.

Chrysanthemi

*Chrysanthemi caput esse legendum. Chrysanthemum herba est tenera, fruticosa, lutes procerus caules, & folia multifida: flores luteos, admodum splendentes. Eius caules mandantur olerum modo. Flores cum cerato trii sicatomata discutere produntur. Hinc itaque, sic Chrysanthemi capite restituo, facillè patebit, quantum abberauerint ij, qui Chrysanthemum prouentum Bupthbalmo confuderunt. Chrysanthemou, cui nulla prorsus ex modo traditis reclamet nota, frequentissimum prouenit in Senensi agro. Quinetiam copiosissimum in Boemia, Moravia, & Austria in campis prouenit, cuius folijs infima plebecula, in Hetruria pro olerè resciunt. Bupthbalum uero est antea à me non visum in nostris commentarijs Italica lingua confessus esse; ad nos tamen hoc anno verum Patatum allatum esse superius in sua mentione indicauimus. quod etiam postea acceptissimus Tofis à Luca Gliao medico clarissimo, & rei herbaria peritissimo, omnibus prorsus ad stipulantes notis, quæ illi tribuuntur. Quo factum est, ut certius ausim affirmare Chrysanthemi historiam autem, deprauatamq; esse in Dioscoride. Credidit Leonardus Fuchsius medicus doctissimus in suo de plantarum historia commentario, Chrysanthemum illud esse ranunculi genus; quod folio app. luteis floribus, in pratis plurimum nascitur. Qua in opinione quantum, pace eius dixerim, hallucinetur, euentius omnibus esse puto, quam ut à nobis ostendi debeat. Chrysanthemi meminisse Galenum in libris de simplicium medicamentorum facultatibus, hæc tenus incompertum habeo. Eius nomen Græcum est χρυσάνθεμον: Latinnum item Chrysanthemum: Italicum, Chrysanthemo.*

Fuch. error.

Nomina.

## AGERATVM.




**A**geraton fruticosa herba est, palmari longitudine assurgens, simplex, humilis, origano maximè similis. umbellam gerit, in qua<sup>c</sup> flos bullis aureis emicat, helichryso minor. Nonnisi in inditum est, quoniam diutissimè flos in sua coloris specie conseruetur. Vis decocti feruens, huius usq; nidor urinam cit, & uulua duritias emollit.

a Meum, & Drag. *ἀγέρων*.  
i. Frutex.  
b *Ὀρθόστυμι*  
βαμω. i. du i  
palmorum.  
c *ἀγρος πικρο*  
*φολυδάρι*,  
*χρυσοειδής*,  
i. flos bullis  
aureis similis.  
Agerat confi  
deratio.

**N**ascitur Ageratum passim in vniuersa Hetruria, folijs origano proximis: floribus aureis, in umbella emicantibus, helichrysi modo. Hanc herbam Mesues Eupatorium exiiminat, vt superius in Eupatory commentatione abunde diximus. Ea à nostris Senensibus vulgò appellatur herba Giulia. Sententia huic nostra refragatur Andreas Marinus Medicus etatis nostrae non postremus, in suis in Mesuem annotationibus, his verbis, vbi in Eupatory caput commentatus est. Ceterum hanc ipsam herbam (Eupatorium scilicet, aut Iuliam intelligens) Dioscoridis Ageratum esse vix adducor, vt credam. Nam insignem amaritudinem quae cuius vel inperito herbario, prima occurrit, nullo modo Dioscorides, aliqui diligenti-

AGERATVM ALTERVM.



nus tacuisset, quæ tamen in hac planta adeo insignis est, ut ob hanc ipsam maxime, pro cæteris notis, ad Eupatorium Mese sit referenda. Folia præterea non sunt origano, sed centaurio potius minori similia, quæ folia quantum inter se differant, omnes norunt. Ad hæc vrinam ciere, vniuersæque durities mollire Ageraton, Dioscorides est auctor, quorum effectuum ne meminit quidem Meseus, qui ab eodem Dioscoride multa diligenter iunxit. Huc accedit, quod Ageraton, Galeno auctore, nim habet digerendi, & quadantenus pblegnone liberandi; quod tamen Meseus non scripsit. adde, si placet, quod nullum ea loris, aut siccitatis gradum ei Galenus adscribit, cum Meseus calidum in primo, siccum in secundo constituat. Quæ res tantisper apud me nocentius, ut ab Eruditiſſimi Matthioli sententia, quantum inuitum, me recedere coegerit: Interim dum ab eo meliora super eo capite, ut per eo edentur, quod ut facilius facere possit, aliam herbam hic pingi iussimus, quam Petrus Antonius Michaelius Patritius Venetus harum rerum diligentissimus indagator, pro Agerato habet. cuius profecto opinioni non possum non assentiri, cum videam notas omnes Agerati huic plantæ mirum in modum conuenire. Siquid tamen vel Matthioli ipse, vel alij præstantes in re herbaria viri aduersus eam opinionem habuerint, libens contra me iudicium, & censuram subibit. Hæc ille. Quibus an rectè Ageratum examinauerit, & an eius argumenta, quibus contra me vitur firmare infirma habeantur, ex his, quæ nunc dicturus sum y facile intelligent, qui materiam medicam tenent. Quod itaq; Dioscorides amaritudinis in Agerato non meminerit, cum ea tam euident in hac planta gustantibus sese offerat, id ne tantillum quidem me à mea dimouet opinione, cum illi plurima describantur plantæ, quæ insigniter amara degustantur, et nihil tamen in ijs describitur, amaritudinis meminit. Amara sanè sunt Scilla, Cyclaminus, Esculentus bulbosus, Asfuntibum, Ruta, Harmala, Hieracium, Senecio, Fumaria, Coryza, Bryonia, Ervum, Capparis planta, Hedera, Marium, Polium, Chamæpitys, Verbenaca, Betonica, Papaueris cum folia, tum capita, Opium, & alia quidem nonnulla, de quorum tamen amaritudine nihil memoris prædidit Dioscorides: quo fit, ut nihil prorsus Marini argumento dimouear, si etiam in Agerato amaritudinis notam silentio inuoluit. Folia præterea, inquit ille, non sunt Origano, sed Centaurio potius minori similia, quæ folia quantum inter se differant, omnes norunt. Hæc si quis critauerit verba, facile hic Marinum haud digiterent quæ hæc plantas examinasse, aut inspersisse indicabit. Minoris enim Centaurii folia, & onis origani, parum admodum facie inter se differunt. Itaque rectè dixisset si differentiam hanc nouisset omnes, si se excepsisset. Deinde quod sumum Eupatorium vrinam ciere non scripsit Meseus, id ab eo fortasse prætermisum censemus, quod hanc plantam ignorauerit esse Dioscoridis Ageratum. Verum cum Eupatorium scribat calidum esse in primo gradu, & siccum in secundo, quin etiam compositum ex substantia calida subtili, quis unquam medicorum negabit Eupatorium hoc haud vrinam ciere? & idem quoque multieborum locorum durities emollire? Nam & Iris & Agrostis cucumis, quæ quoque calidiora sunt, & sicciora, id efficacia præstant. Ad hæc quod Meseus suo Eupatorio vim digerendi, & quadantenus pblegnone liberandi non rediderit, cum tamen Galenus Ageratum huic facultatibus referentem esse scribat, repeto Dioscoridis Ageratum haud vniuersum nouisse Meseum suum esse Eupatorium. Siquidem nihil vetat quin id Eupatorium præstare possit, cum ipse afferat Meseus, quod substitutum est & resolutiuum conueniens sine attractione. Postremo quod Galenus Agerato nullum caloris aut siccitatis gradum adscripserit, ut Eupatorio adscribit Meseus, nihil prorsus momenti hoc argumentum habet. Galenus enim non semper simplicium medicamentorum qualitates (plures Galeni possem adducere locos) per gradus explicat, & præsertim vbi breuitati studeat. sed quis adeo Medica materia tam rudis, tamq; ignarus fuerit, qui non putet nouisse Galenum caloris, & siccitatis haud expers esse Ageratum, cum scribat esse illi digerendi potestatem? Siquidem facultas hæc fieri nequit nisi à calidus, & siccis temperamentis. Id quod Dioscorides non prætermisit, cum ait Δωκιμα δὲ ἔχει ἀφ' ἧμευ αὐτὸ πικρῶτον. id est vrim habet decoctum ipsius feruidam. Hæc itaque cum Marini argumenta infirma admodum reddant, maneo ego in sententia. & præsertim cum Iuliam herbam videam cum folia tum caules edere origano haud dissimiles, quin etiam umbellam aureis bullis micantem Helicrysi modo, cuius aureus color, in sicca quoque planta diutissimè conseruatur, vnde (ut rectè Dioscorides inquit) Agerati sibi nomen adueniit. Nam hæc tantum nota quæsiſſam iam certior fieri poterit, vnam & eandem esse plantam Ageratum & Meseus Eupatorium. Cæterum non possum non mirari Marini ingenium, qui, ut facilius (ut ipse inquit) meliora super Agerati capite scribere possim, plantam à se pictam mihi offert, quam à Petro Antonio Michaelio, Patrio Veneto pro Agerato haberi ait, cum ea Agerato adeo habeatur dissimilis, ut nihil dissimilius esse possit. Siquidem hæc origani nullas omnino notas habet, & umbellas quoque nullas, sed stoculos racematis coherentes balustrionum effigie. In summa vbi plantam totam expendere, nihil prorsus reperies, quod minimam Agerati particulam referat. Ago tamen Marino gratias, quod enim non dubitem hæc mihi obtulisse plantam, quod putauerit eam legitimam esse Ageratum: magis fortasse (ut video) aliorum opinioni addictus, quam explorandis Agerati notis. Verum ego ingenerosum mihi esse putarem, ex commentario tantum fieri nauclerus, ut rectè Galenus admodum libro primo de alimentorum facultatibus in ipsius præfationis calce. At sanè hæc iniunctis admodum scripsit, quod tanta sit planta illius cum Agerato disparitas, ut in ea censenda, opus mihi non fuisset tantam facere temporis iacturam. At qui Marini verba bucuſque me protraxerunt, quippe aut respondentium me impulserunt. Agerati vires paucis perſerixit Galenus libro 7. simplicium medicamentorum, sic inquires. Ageratum digerit, & inflammationes leuiter quoadmodum resoluat. Quæ herba ἀγέρων Græcè, Ageratum quoque Latine dicitur: Italicè, Herba gula.

Nomina.

Ἰσπερίστωρ.

VERBENACA.

CAP. LV.

**P**eristercon, siue verbenaca, nascitur in aquosis. Nomen ex eo duxisse videtur, quod columbæ circa hanc perquam libenter versari soleant. Dodrantis altitudine, & interdum amplius adoleſcit. Folia è caule prodeunt incisa, & subalbida. ea singulari ramo, radiceque sola, costare sepius inuenitur. Folia cum suilla adipe recenti, aut rosaceo imposita, vuluarum dolores finire putantur: ignem sacrum illita ex aceto reprimunt: putrida vicera cohibent: vulnera glutinant: veteraque ex melle ad cicatri cum perducunt.

## VERBENACA.



60

† *Herb. Borde.*

† SACRA HERBA.

CAP. LXI.

**S**acra herba, quæ & peristereon<sup>a</sup> nominatur, ramulos emittit cubitales, aut maiusculos, angulosos in quibus ex intervallis folia quercus, sed minorâ, angustioraq; eisdem diuisuris, in ambitu, colore aliquatenus castio, radix longa, tenuis: flores purpurei, graciles. Folia cû radice in uino pota, illirave ad uersus serpentes pollut. eadem drachmæ pondere cum thuris obolis tribus in uini ueteris hemina, quadragenis diebus, ieiuno ore contra regium morbum bibuntur: ueteres tumores & inflammationes mitigant: fordida ulcera purgant. Tota in uino decocta, tonsillarum crustas abrumpt: oris nomas gargarizatu cohibet. Aiunt si aqua spargatur tricinium, qua maduerit, latiores conuidus fieri. Datur potandum in tertianis febribus tertium à terra geniculum, cum folijs circumdantibus: quartanis quartum. Sacram uocant herbam, quoniam multum ad amuleta<sup>b</sup>, expiationesque commendatur.

† Antiquus  
manuscript. s  
conex. tripi  
folie cubi  
pauca. De  
supina Verbe  
nica.  
s. 118. c. 11.  
s. supina.

b Meum. 28  
p. 11. c. 11.  
s. 11. c. 11.

Verbena